

tendum tamen in incremento non tantum refrigerandum ac repercutiendum, sed etiam simul digerendum esse. Quare in augmento solum oleum rosac. usurpandum, & in statu. In declinatione vero in oleo praedicto quædam resoluentia incoquenda, hoc modo:

*℞. Flor. chamomel. meliloti, an. p. i.
sem. fœniculi 3 i.*

decoque in oleo rosaceo vel violaceo.

Expressioni adde croci momentum & vini tantillum.

Quod si dolor saeuissimus à cauſſa calida ortus ergear, parabitur ex lacte vaccino recens mulso, vel lacte muliebri è mamma iniecto, vel ex decocto refrigerante, addito croci gr. i. aut. ii. Et si intensissimus sit dolor, licet opii gr. i. addere. Verum stupefacto partis sensu & dolore sublato, ne noxa ex opii vſu contingat, oportet infundere parum olei de castorio cum vino.

Si vero à cauſſa frigida dolor oriatur, siue cum tinnitus, siue citra sonum, injectiones fiunt ex oleis calidis, chamomelino, anethino, amygdal. amararum, de castorio, vt si duorum aut trium ex his misceas 3 fl. aut 3 i. addendo aquæ vitæ 3 ii. Ex his guttæ aliquot calidæ iniiciuntur in aurem quater aut quinques in die, & auris bombace obturatur. Vel si praedicta olea desint:

℞. oleor: rutac. amygdal. amarar. an. 3 i.

garyoph. nucis mosch. an. 3 i.

sem. anisi, dauci, an. 3 ii.

*bulliant simul ad media partis absumptio-
nem.*

f. ex-